

Consiliarius Cæsareus, rebus humanis exemptus est Anno 1566. relictis ex tribus Uxoribus Magdalena Hohenfeldia, Salome Kôluppeckia & Brigitta Malovvezia numerosa prole Bucelino Germ. P. III. notata. (p) à Johanne Christophoro filio ejus primogenito descendunt, qui hodie in Austria superant, ex duobus nepotibus, *Johanne & Johanne Ernrico* duabus lineis profatis. (q) Ex Geymannia gente in publicas Archivi Austriaci tabulas relati fuerunt, Agnes Geymannia, Vidua, genere Schôenaueria, quæ controversiam cum Thoma Schônauer habitam arbitris decidendam commisit Anno 1421. (r) Sigismundus Geymann teste alio Archivi documento Anno 1425. in vivis fuit. (s) Johannes Geymann Princeps & Supremus Magister Ordinis Sancti Georgii Melchiori Wurmbrandio Dynastæ de Stuppach, bona nonnulla Sancti Georgii Ordini subjecta, quæ olim in dominio Dominorum de Kranichberg fuerant, feudali jure tradidit Anno 1513. die solis ante Festum Omnium Sanctorum. (t) Cæterum Johannes idem cum Bartholomæo Stahrenbergio & Georgii ab Eckertsau hæredibus in lite fuit Anno à nato Christo 1528. (u)

(a) Document. Famil. Geymannian. (b) *Hundius im Bayrischen Stammmen-Buch* pag. 202. bey Parsperg. (c) *Docum. Famil.* (d) *Aliud Doc. Fam.* (e) *Valentin. Pre-venhueber in Annalibus Styrensisibus ad Ann. 1305. pag. 97.* (f) *Docum. Fam.* (g) *Aliud Doc. Fam.* (h) *Pre-venhueber pag. 307.* (i) *Docum. Fam.* (k) *Aliud Doc. Fam.* (l) *Similiter.* (m) *Aliud Doc. Fam.* (n) *Aliud Doc. Fam.* (o) *Aliud Docum. Fam.* (p) *Aliud Doc. Fam.* (q) *Aliud Doc. Fam.* (r) *Archiv. Stat. Austr. num. 2089.* (s) *Ibi num. 2156.* (t) *Archiv. Wurmbrand. num. 324.* (u) *Archiv. Statuum num. 3668.*

CAPUT XIX.

COMITES DE SCHALLENBERG.

PRæstantissima Schallenbergia familia inter antiquiores Superioris Austriæ gentes jam olim numerata est. Balthasar de Schallenberg cum aliis ex utraque Austria summis Viris à Ladislao Posthumo Hungariæ Bohemiæque Rege Duce Austriæ ad tractatus cum Salisburgenti Passlaviensi & Bavariæ Principibus in eundos Anno 1455. Linzium missus fuit. (a) Christophorus à Schallenberg sub initium Superioris seculi Margaretham Cornelii de Lapis filiam in matrimonio habuit. Cujus Avus Andreas de Lapis Consiliarius Cæsareus & Burggravius Styriæ gentem suam & vitam integro commentario complexus est. In ejus tempora Friderici IV. Imperat. Romanum iter ad Coronam Imperialem è manibus Pontificis accipiendam, incidit, cui ipse

An-